Ibid. lin. 10. infra ad quodammodo adde hanc notam: Recentioribus temporibus hic illic terrebunda apparuit. Cf. Batemann, On cutaneous diseases. ed. 3. p. 28. et B. A. Gomez,

---

*) Petrarca (Epist. de reb. famil. l. VIII. 7. p. 773): "O felicem populum pronepotum, qui has miserias non agnovit, et fortassis testimonium nostrum inter fabulas numerabit."

sobre os meios de diminuir a elephantiase em Portugal, offerecida aos Cortes. Lissabon. 1821. 4.

Ibid. lin. 4. infra post Sic adde: locorum situs,

Pag. 21. lin. 2. post voc. calida adde: et quieta

Ibid. lin. 5. post voc. debilitas pone: perversa curatio therapeutica *)

Ibid. lin. 12. med. post videtur adde: Contagium variis modis et variis corporis partibus **) excipi potest.

Ibid. lin. 14. ante voc. Nord. pone: Scheel, von der Tranfusion des Bluts. Th. II. §. 140. p. 161. etc.

Ibid. lin. 5. infra post voc. measles adde: Lemery (hist. de l'acad. roy. des sc. 1707. p. 25) canis meminit, qui cum saguinem, e rabido homine missum lambisset, ipse in rabiem incidit.

Pag. 22. lin 9. adjice ad voc. bile hanc notam: Bilis peste affectorum in venas injecta pestem excitat: Scheel, von der Transfusion des Bluts. Th. II. §. 119. p. 85. cumprimis exper. 3.

Ibid. lin. 12. dele: ichori cancroso.

---

*) Cf: Hufeland, (System der pr. Heilk. B. II. Abth. 2. p. 311). et Fr. Hofmann, (diss. de conversione morbi benigni in malignum s. generatione veneni in corpore per imperitiam medici. Halae, 1701. 4.

**) H. Cardanus (Opp. T. VII. p. 291.) De quinque partibus nostri corporis, quibus maxime contagium communicatur: 1) per aerem attractum, 2) per concubitum, 3) ex communi cibo ac magis potu, quo morbi qui salivam inficiunt, communicantur, 4) per contactum, 5) per radios (in ophthalmia et lippitudine).

Ibid, lin. ultim. post voc. rage adde: Ex experimentis a Rossi institutis Larrey collegit, hydrophobiam morbum esse nervosum. Vide: Journal complement. du Dict. des sc. med. 1821. Aug. p. 118.

P. 23. lin. 4. dele a voce Momento ad lin. 8. perdurans.

Ibid. lin. 9. dele: igitur.

Ibid. lin. 12. adjice ad voc. est hanc notam: Cf: Garmann, de Miraculis mortuorum p. 363-371.

Ibid. lin. penult. post 260. adde: Abildgaard (v. Viborg, Sammlung von Abhandlungen für Thierärzte. B. I. p. 35.) probatum it, atmosphaeram contagiosam in lue bovilla aestate minorem esse quam hieme, ubi infectio ex intervallo 67. orgiyarum adferri possit. — Th. Bateman (account of the contagious fever of this country. London. 1818. 8. p. 147.) ait: "O'Ryan proved by repeated trials, that this contagion is not capable of infecting any individual at a distance of more than two feet, through the medium of the air."

Pag. 24. lin. 3. ante Omnia pone: Systemata nervorum *) et sanguinis **) ut plurimum contagia in se recipere videntur.

---

*) Platner, (über die Ansteckung p. 112) ait: "Es ist offenbar, dass die ansteckende Materie sogleich von den Nerven als eine unnatürtliche gewaltthätige Kraft empfunden wird. Verblendet fängt man mit Veraenderungen des Blutes an, und hört mit Reizen der Nerven auf." Etiam Ferriar (l. l. p. 236) censet "to act immediately on the nervous system."

**) Febres putridae proxime in venas vim exercere videntur.

Ibid. lin. 11. adde post voc. syphiliticum: et; dele autem: et sputa phthisicorum.

Ibid. lin. 12. lege: devorabantur. Tunc adde: Forsan succus gastricus contagia decomponit; mistus enim cum veneno variolarum, rabiei et pestis infectionis facultate ista privabat. *)

Pag. 25. lin. 10. post ossa adde: Alia hominibus contagia sunt propria (ut syphilis, scarlatina, morbilli), alia animalibus (ut lues boum et mucus).

Ibid. lin. 17. Ante voc. Epidemiae pone: Multi per totam vitam hac propensitate carent.

Ibid. lin. 7. infra pro videtur lege: dicitur.

Pag. 26. lin. 8. post corripiuntur adde: Vituli modo nati a peste bovilla immunes sunt *):

Ibid. lin. 11. post voc. praediti dele: comma.

Ibid. lin. 6. infra lege: Lib. VII.

Pag. 27. lin. 5. ante voc. Extant pone: In hoc a reliquis morbis diversi, qui ubi semel adfuerint, eo facilius redeunt.

---

*) secundum Valli (Salzburger med. Zeitung. 1804. II. 349).

*) Courtivron, essai des experiences sur quelques voies de communication de la maladie contag. (in Mem. de l'acad. roy. des sc. de Paris. 1748. p. 327).

Pag. lin. 28. 1. dele a voce quo ad tardius.

Pag. 29. lin. 21. post voc. distinxit adde: Vide etiam: Cadet, Des moyens de reconnaitre la presence des miasmes putrides (Bulletin de Pharmacie. p. 60.) et G. R. Frank, über die Rindviehpest p. 26.

Ibid. lin. 11. infra ante Bach pone: Camerarius, diss. continens physiol. experim. circa generat. hom. et genit. Tub. 1715. p. 21. Hufeland (in Baldinger, neues Magaz. T. XIII. et in ejus kleinen medicinischen Schriften. I. p. 227.)

Pag. 30. lin. 9. post. voc. differunt adde: Cf. H. C. L. Susewind, d. de pathologia animata. Tubingae. 1812. 4. p. 20.

Pag. 31. lin. 1. post voc. sola adde: febris sive.

Ibid. lin. 10. infra ante Dzondi pone: Qualibet febre contagium gigni, evincere studuerunt: Cleghorn, on the epidemical diseases of Minorca. 3. ed. p. 132. Rob. Hamilton, obss. on marsh remittent fever. p. 39. John Clarke, Obss. on the diseases, which prevail in long voyages to hot countries. Vol. I. p. 151. et George Fordyce, Diss. of simple fevers. 2. ed. p. 113-116.

Pag. 32. lin. 7. pro potest lege: dicitur.

Ibid. lin. 10. deleatur: Hoc ad vindicatur.

Ibid. lin. 12. ante voc. morbi adde: Per quot generationes singula contagia insitam vim retineant, nondum idoneis observationibus *) demonstratum est.

---

*) Ingeniosus, sed nimis audax experimentator Magendie hoc potulit (Journal de Physiol.

Ibid. lin. 8. pro cum lege: procedente.

Pag. 33. lin. 11. ante voc. Decursus pone: Symptomata et

Ibid. lin. 12. ante voc. Morbus immitte: Phaenomena horum morborum secundum naturam cujusque diversa quidem sunt, sed in eodem genere semper sibi constantia, et secundum gradus tantum inter se dissimilia. In quovis individuo, quacunque aetatis, sexus, habitus, vivendi rationis diversitate, omni anni tempestate, aërisve temperamento symptomata reapse eadem sunt initio, progressu, fine; sed benigniora interdum, qnandoque maligniora.

Ibid. lin. 15. post voc. crisis pone: vel lysis.

Ibid. ante voc. In adde: Duratio in febrilibus definita est, periodoque acutae febris circumscripta, v. g. 8, 14, 21 dierum; in chronicis indefinita est, saepiusque, ut in syphilide, redeuntibus polymorphis symptomatibus per totam vitam continua.

---

experiment. T. 1. p. 42). "I'ai inoculé avec Breschet la salive d'un jeune homme enragé, en la placant sous la peau du front, et l'animal est devenu enragé au bout d'environ un mois. Deux chiens qui furent mordus par celui-ci devinrent aussi enragés après quarante jours. Ces derniers mordirent plusieurs autres chiens, mais sans aucune suite facheuse. Dans cette suite d'expériences, la rage s'arreta donc d'elle-même à la troisième génération".

Ibid. lin. 10. post voc. nominatur adde: In universum statui potest, primum localem affectionem cieri et tum universam; sed in nonnullis, praesertim volatilibus, altera tam cito in alteram transilit, ut transitum vix discernere queas. Nonnunquam vero locale malum pro se penitus efformatur, diu adhaerescens.

Pag. 34. lin. 4. post venerea adde: In febrilibus stadia prodromorum, invasionis, eruptionis, desquamationis et morborum secundariorum distingui possunt.

Ibid. lin. 9. post abscessus adde: Hoc tempore in plurimis vis inficiens potentissima est lateque agens.

Ibid. lin. 13. post tabes adde: Contagio hi ut plurimum destituti sunt.

Pag. 35. lin. 3. post judicatur adde: Num morbus contagiosus in alium possit verti, affirmatum quidem est *), nondum vero evictum.

Ibid. lin. 11. post decesserunt adde: Morbus contagiosus sporadicus in epidemicum transiliens initio levis apparet, nullis adhuc horrendis symptomatibus, hinc inde unum

---

*). Jac. Cataneus luem in lepram transientem bis observavit (Luisin. col. 143); Sic Larrey (Mem. II. 74. 77.) et Clarus (klin. Annalen. I. p. 211). Cf: etiam Sprengel, Gesch. der Med. II. ed. 3. p. 705).

vel alterum opprimens. Sed paulatim interstitiis quibusdam increscit, viresque et terrorem acquirit eundo; donec suapte ipsa indole et auxiliantibus externis momentis sensim mitigetur, consenescat et tandem extinguatur. *)

Pag. 36. lin. 17. post necesse est adde: Statim pro pauperibus, inter quos fomes primum paratur, digeritur et morbus erumpit, tuguria exstruere in vacuis locis *), vel potius ante portas,

Ibid. lin. 18. ad voc. animalibus hanc adde notam: In lue animalium instituenda est correptorum stricta separatio, stabulorum infectorum expurgatio et suffitus, forsan insitio, graviter affectorum trucidatio et prudens cadaverum defossio.

Ibid. lin. 8. et 9. infra dele in nullo ad in hoc.

---

*) Ph. C. Hartmann (Theorie der Krankheit p. 595: "In der ersteren Periode finden sich nämlich höhere und weiter verbreitete Anlage und Empfänglichkeit, immer wirksamer werdender Ansteckungsstoff, und stärkere Anfachung des contagiösen Processes durch günstige äussere Einflüsse, in der zweiten aber die gerade entgegengesetzten Verhältnisse."

*) Hosack (l. l. p. 239): "against the propagation of contagious diseases Τὸ Πελαςγικὸν ἀργόν ἄμεινον was wisely expressed by the Pythian oracle, every large and populous city should have its pelasgics or vacant pieces of ground, as so many reservoirs of pure air, for the purpose of counteracting the effects of contagion when introduced."

Pag. 37. lin. 9. infra ante: In genere adde: Thymiosis indica teste Bajon (Mem. pour servir à l'histoire de Cayenne. Paris. 1777. p. 287.) migrat in varia animalia domestica, adeo in gallinas et anates. Fothergill (Mem. of the med. soc. of London. vol. III. 1792). Influenzam anno 1782 primo inter equos et canes observavit.

Pag. 38. lin. 12. infra pro 138 lege 38.

Pag. 39. lin. 3. lege: charactere et morbi et individui.

Ibid. lin. 7. infra pro Quum lege: Si.

Pag. 40. lin. 6. infra. post collocari adde: Similiter P. Camper (dissert. vol. II. Lingae. 1800. 8. p. 76): "Quidni detegi posset in rerum natura remedium, quod pestifera contagia redderet inertia?" — Sed non in omnibus regionibus haec remedia eandem vim comprobant. In Aegypto v. g. oxydum mercurii in lue venerea prorsus nullum auxilium fert, ne salivatione quidem erumpente. Ibi juvant sudorifera, ut oleum lini et alia.

Pag. 41. lin. 14. post morbis, adde: qui solum mediante arte curantur,

Pag. 43. lin. 15. ad. 24. dele Morbus ad ortae. et pone: In epidemia contagiosa, ex morbo contagioso sporadico orta, medicus sciat, ejus characterem saepius immutari;

Ibid. lin. 8. ad ult. Nota septima prorsus deleatur.

Pag. 44. lin. ultim. post werden adde: Idem (über atmosphärische Krankheiten. l. l. p. 8): "Die ersten Kranken sind immer am

übelsten daran, weil an ihnen der Arzt erst die Versuche machen muss, um den Karakter und die passende Heilmethode zu erlernen."

Pag. 48, lin. 11. infra post excipiebatur adde: Posteriori etiam aevo praecepta leprosos spectantia severe colebantur 7) et peculiares iis domus s. xenodochia exstruebantur 8). Pecorum morbos contagiosos si non in malignis illis pustulis, quae homines et animalia simul invadebant, 9) agnoscere volueris, clare ta-

---

7. G. G. Schilling, de lepra. Lugd. B. 1778. 8. p 33. Non possum praeterire, quanto studio Judaei diu post aetatem Moïsis sibi ab occursu et consortio Leprosorum cavendum esse duxerint. Sufficit adduxisse locum e Vajikra rabba sect. 16. fol. 3. R. Jochanan et R. Simeon filius Lakisch disceptarunt secum invicem. Prior dixit non licere appropuinquare leprosum quatuor cubitos, si Eurus ab ipso flet: posterior vero dixit Euro ab ipso flante non licere ad centum cubitos appropinquare; sed nulla est inter ipsos dissensio: prius enim valet si ventus non flat, posterius quando flat. Saepe utique Talmudistae Alexandum Magnum imitantur, nodum, quem solvere nesciunt, medium secantes. Rabbi Meyer numquam comedit ova ex platea seu vicinia, ubi leprosus erat. R. Ame et R. Ase nunquam iverunt in viciniam leprosi.

8) Withof, d. de leprosoriis veterum Hebraeorum. in ejus opusc. Lingae. 1778. p. 167.

9) Exod. IX. 10. Cf. Osiander, Von Viehseuchen. Göttingen. 1797. p. 59.

men indicatos invenies in sequenti loco serioris libri: 10). "Nam putavit Rabb. Judah plagam, in unam pecorum speciem inflictam, invasuram etiam omnes."

Ibid. lin. 3. post haurirent adde: Recte igitur Josephus [Antiqq. lib. III. c. XI. tom. 1. p. 181. ed. Haverkamp] Mosen ait paene mortuis aequefecisse: τοὺς δὲ λεπροὺς εἰς τὸ παντελὲς ἐξήλασε τῆς πόλεως, μηδενὶ συνδιαιτωμένους καὶ νεκροῦ μηδὲν διαφέροντας; et similiter Philo (Vol. I. p. 88. p. 35.) ὁ δὲ τοιοῦτος πεφυγάδευται θείου χόρου, καθάπερ ὁ λεπρὸς καὶ γονοῤῥυής.

Pag. 49. lin. 2. post infectos adde: aeque ac mortuos.

Ibid. lin. 7. infra adde: Wer Speise isset, oder Kleider anziehet, die nahe bei einem Todten gelegen haben, wird gefährlich krank alt und ohnmächtig (Vendidad. ib. p. 312.).

Pag. 50. lin. 17. lege ἀπρόσιτος.

Pag. 54. lin. 4. infra post voc. ἑκάστης adde: Ejusmodi morbis Hippocrates succurrisse traditur in Epistolis sect VIII ed. Foes. p. 1294. 40. λοιμοῦ ῥέοντος διὰ τῆς βαρβάρου.

Pag. 57. lin. 9. lege: τὴν στρατιάν, ὥστε τοὺς προτέρους στρατιώτας νοσῆσαι τῶν Ἀθηναίων ἀπὸ τῆς ξὺν Ἅγνωνι στρατιᾶς, ἐν τῷ πρῶτον χρόνῳ ὑγιαίνοντας.

---

10) Ex Babyl. Taanith. fol. 21. 2. a Joa. Lightfoot allegato, in ejus Opp. T. II. Roterodami 1686. fol. p. 309.

Ibid. lin. 21. post loquitur adde: Plinius (hist. nat. VII. 50. 5.): a meridianis partibus ad occasum solis pestilentiam semper ire.

Ibid. lin. ultim. post διεφθαρμένον adde: Nam, ut ait Vitruvius, (lib. I. cap. IV.) aer conclusus in angusto spatio solo unius animalis halitu brevi corrumpitur et ineptus est respirationi.

Pag. 58. lin. 10. infra lege: perspirationem.

Pag. 59. lin. 8. pro aegrotare lege: laborare.

Ibid. lin. 14. infra post μέλανα adde: Cf. descriptionem pestis in Contacuzen. hist. Lib. IV. cap. 8.

Pag. 60. lin. 19. lege: Οὗτοι.

Ibid. lin. 20. lege: πολλοὺς.

Ibid. lin. 3. infra post voc. populatur adde: In eundem sensum Joh. Damascenus [Opp. ed. Lequien. Parisiis 1712. fol. p. 691.] τοὺς μεταδιδόντας ἀλλήλους τοῦ πάθους. Ὡς γὰρ οἱ ἐν ἀέρι λοιμικῷ γενόμενοι, πάντως νοσοῦσιν, οὕτως οἱ ἐν ἀνθρώποις ἀδιαφόροις διάγοντες, μεταλαμβάνουσιν τῆς ἐκείνων κακίας. Itidem Philo (Vol. II p. 457. ed. Manget.).

Pag. 62. lin. 6. infra post. voc. ἐμπίπτον adde: Rabiei canum meminit Hist. Animal. Lib. VIII. cap. 22. ἡ λύττα ἐμποιεῖ μανίαν, καὶ ὅταν δάκῃ [canis sc.], λυττῶσιν ἅπαντα τὰ δηχθέντα.

Ibid. lin. ultim. post πόλιν adde: Cf. cap. 53. et 67.

Pag. 63. lin. ult. adde: Cf. E. H. Smyth, On the pestilential diseases which, at different times, appeared in the Athenian, Carthaginian and Roman Armies, in the neighbourhood of Syra-

cuse (in Medical Repository. New-York. 1799. Vol. II. p. 374.).

Pag. 64. dele totam lineam undecimam: in libello caet.

Ibid. lin. 13. lege: infectionem.

Ibid. lin. 4. pro ἢ lege: ἤ.

Pag. 66. lin. 4. post voc. ignotorum adde: Maxime vero altera disputatione multos morbos, quorum cum vis in aperto sit, causa tamen nos lateat 10), fascinando oriri persuasum habet. Inter plurimas historiolas id probaturas de quodam populo, pontum habitante, auctore Phylarcho, narrat, alios homines ejus obtutu, spiritu ac sermone adfectos tabuisse et aegrotasse 1); sed hunc effectum minus quam in aliis causis mirabilem esse, nam contrectationem et contagium habere quoddam apparens adfectionis principium 2). Ex omnibus morbis autem cum maxime tum facillime lippitudinis contagium ad unâ degentes pervenire 3). Ibidem non infacete et

10) Sympos. V. 7. p. 680. C. Ὅπου μυρίων ἐμφανῆ τὴν ὀυσίαν ἐχόντων ὁ τῆς αἰτίας λόγος ἡμᾶς διαπέφευγε.

1) l. l. E. Καὶ γὰρ τὸ βλέμμα καὶ τὴν ἀναπνοὴν καὶ τὴν διάλεκτον ἀυτῶν παραδεχομένους τήκεσθαι καὶ νοσεῖν.

2) l. l. Ἡ γὰρ ἐπαφὴ καὶ συνανάχρωσις ἔχει τινὰ φαινομένην πάθους ἀρχήν.

3) l. l. p. 681. E. Τῶν δὲ ἄλλων νοσημάτων μάλιστα

subtiliter disserit de sympathia, quae animum inter et corpus, diversasque corporis partes intercedit 4).

Pag. 69. lin. 16. infra post voc. quoddam adde: (gas scil. acidi carbonici).

Ibid. lin. 7. post voc. puteo adde: Apud Palladium (IX. 9.): "Fossae anhelitum pestis exhalantes." Cf.: B. Connor, dissertationes medico physicae. Oxonii. 1695. 8. p. 6.: de antris lethiferis.

Pag. 75. lin. 4. post interimere adde: Peste Aquilejae grassante Caesares cum exercitu ex urbe profugerunt, Galenus mansit, et bubonibus, ut videtur, contagiosis affectus vix communi fato superstes erat, et ob hanc causam dei Aesculapii cultor extitit 6). Priori peste ipse Roma in patriam Pergamum reversus est, maxime ob livorem medicorum, qui juveni in arte felici invidebant 7).

καὶ τάχιστα τὰς ὀφθαλμίας ἀναλαμβάνουσιν ὁι σύνοντες.

4) l. l. D. Ἐπίνοιαι γὰρ ἀφροδισίων ἐγείρουσιν αἰδοῖα. Huc etiam trahere liceat locum Philonis (Vol II. p. 205.). Ὥσπερ τε τὰ ἑρπηνώδη τῶν νοσημάτων . . . ἐπιθέοντα σύμπασαν ἐν κύκλῳ καταλαμβάνει τὴν τοῦ σώματος κοινωνίαν.

6) De libris propriis I. 2. T. I. p. 38. Κατέσκηψεν ὁ λοιμὸς, ὥστε τοὺς αὐτοκράτορας αὐτίκα φεύγειν εἰς Ῥώμην . . , ἡμᾶς δὲ τούς πολλοὺς μόλις ἐν χρόνῳ πολλῷ διασωθῆναι, πλείστων ἀπολλυμένων. — Θεοῦ Ασκληπιοῦ θεραπεύτην ἀπέφαινον ἐμαυτὸν, ἐξότου με θανατικὴν διάθεσιν ἀποστήματος ἔχοντα διέσωσε.

7) l. l. cap. 1. p. 37.

Ibid. lin. 9—4. infra deleatur Nota quarta et pro ea haec ponatur: Comment. in Hippocr. Praedict. II. T. VIII. p. 735. D. *Οἶδα γοῦν τινα καὶ μετὰ ἐνιαυτὸν εἰς τοῦτο δὴ τὸ πάθος ὃ καλοῦσιν ὑδροφόβον ἐμπεσόντα . . . ταύτην οὖν τὴν διάθεσιν ὁ τοῦ κυνὸς ἰὸς ἐργάζεται.*

Ibid. lin. 3. pro Ibid. lege: De simpl. med. III. 22. T. VIII. p. 81.

Pag. 76. lin. 5. pro Perpauca lege: Pauca quidem, sed valde insignia.

Pag. 77. lin. 9. ante voc. Caeterum immitte: De elephantiasi vero ex Archigene, celeberrimo medico et qui jam ante Galenum viguit, haec maxime memorabilia conservavit*): „Est autem gravis morbus et prope ex eorum numero, qui incurabiles existunt, et gravis quidem est ipsi aegro, intolerabilis autem conspicientibus, utpote qui ipsum omnino aversantur, adeo ut et plerique ex necessariis et domesticis aegri ipsius conversationem devitent. Etenim suspicionem de se praebet malum tanquam sit contagiosum. Atque ego sane malum esse affirmo cum ipsis conversari: inquinatur enim aër, quem inspirando adtrahimus ex ulcerum foetore, et ex vitiata spiritus exhalatione."

---

*). Tetrabibl. IV. Sermo I. cap. 120. p. 810. versionis latinae. Lugd. 1549. fol. Hi enim libri nondum, quod sciam, graece editi sunt. — Contra pestem et hydrophobiam Theriaces usum suadet (IV. 1. 96. p. 795. in fine et cap. 102. p. 804).

Ibid. lin. 7. infra lege: οὗτος.

Ibid. lin. 6. lege: ἐπιθολούμενος.

Pag. 79. lin. 14. post voc. morborum adde: Ipse Celsus, qui Methodicos sui saeculi contendere perhibet, nullius causae notitiam quidquam ad curationes pertinere, hoc profitetur *): medicinam rationalem esse debere, instrui vero ab evidentibus causis, obscuris omnibus rejectis. Dein

Pag. 81. ante Eusebium:

Pseudo-Clemens.

(vixit saec II.)

Inter patres Ecclesiasticos saepenumero obviae sunt locutiones, quibus peccatorum contagiones cum morborum communicatione comparantur. Cum in reliquis praecipue pestis mentio occurrit, in hoc patre etiam rabiei similitudo adhibetur: "Quanta, ait, mala ex adulterii natura oriri solent? Nescimus malorum occulta. Quemadmodum enim rabiosus canis, quos tangit, interimit, occultissimam rabiem communicans, ita et adulterii absconditum malum, etsi ignoretur, posteritatis procurat excisionem **).

---

*). de Medicina L. I. praef. p. 14, et 19. ed. Targae. Argent. 8.

**) Ὥςπερ γὰρ ὁ λυσσῶν κύων τούτους ἀνκιρεῖ, ὧνπερ

Pag. 81. lin. 4. infra post voc. *δεινὸν* adde: In hoc crimine vides quandam pestis inoculationem! Variolarum inoculatio apud Brachmanas antiquissima evincitur apud Alex. Monro, Obss. on the different kinds of Small Pox. Edinb. 1818. 8. p. 43.

Pag. 82. lin. 4. post poterant adde: Egregie huc facit Cypriani locus*): "pestis ista et lues, quae horribilis et feralis videtur, explorat justitiam singulorum; et mentes humani generis examinat, an infirmis serviant sani, an propinqui cognatos pie diligant, an misereantur servorum languentium Domini, an deprecantes aegros non deserant medici".

Pag. 90. lin. 5. infra post voc. gravissimi adde: Cf Heyne ad h. l. (T. III. p. 15.) qui omni-

---

ἂν ψαύσῃ, τῆς ἀφανεστάτης λύσσης μεταδιδούς, οὕτως καὶ τῆς μοιχείας τὸ κρύφιον κακὸν, κᾂν ἀγνοῆται, τῆς διαδοχῆς τὴν ἐκκοπὴν ’εξεργάζεται (Patres apostolici ed. Cotelerius. vol. I. homil. IV. 21. p. 661). Alio loco (Homil. III. 68. p. 655) ait: Non modo juvenes ad matrimonium compellunt, sed et natu provectos; ne fervens cupiditas, per fornicationem vel adulterium, pestem in Ecclesiam inferat [*λοιμὸν προσενέγκοι τῇ ἐκκλησίᾳ*]. Super omne peccatum impietas adulterii odio a Deo habetur: quia non solum interficit ipsum peccatorem, sed et convescentes ac congressos. Rabiei quippe est similis; quandoquidem a natura habet ut suam commu nicet insaniam. *λύσσῃ γὰρ ἔοικεν, ὅτι τῆς ἰδίας μανίας μεταδιδόναι φύσιν ἔχει.*

*) Caecilii Cypriani Opera ed. N. Rigaltii. Lut. P. 1549. fol. p. 250.

no in tutela ejus deae aquas sulfureas (graveolentes) fuisse credit.

Pag. 92. dele totam notam nonam.

Pag. 93. lin. ultim. post voc. interimat adde: Ob egregie depictam morborum, inprimis contagiosorum speciem Virgilius inter medicos poetas numeratur, v. Moehsen, Verz. e. Samml v. Bildnissen berühmter Aerzte. 1771. 4. p. 232.

Pag. 94. lin. 9. infra lege: Iam vs. 146 - 153. armentorum pestis oestro allata canitur.
Posterioris aevi poeta Severus

Pag. 95. ante Livium ponatur:

P. Ovidius Naso.

(Ob. 18. p. C. n.)

Thucydideae narrationis memor ingeniosus et elegans hic poeta pestem, quae insulam Aeginam invaserit, depingit *):

Corpora foeda jacent: vitiantur odoribus aurae.
Adflatuque nocent, et agunt contagia late. —
Quo propior quisque est, servitque fidelius aegro,
In partem leti citius venit.

---

*) Metam. VII. 578. sqq.

Sed et alio loco *) suam de contagio scientiam exhibet, canens:

Quis non e timidis aegri contagia vitet
Vicinum metuens, ne trahat inde malum?

Ex interrogatione "Quis non" facile colligi potest, ejusmodi metum tum temporis sic satis vulgatum fuisse **).

Pecorum autem morbos contagiosos his versibus tangit:

. . . facito contagia vites.
Haec etiam pecori saepe nocere solent.
Dum spectant oculi laesos, laeduntur et ipsi:
Multaque corporibus transitione nocent.

Pag. 96. lin. 18. post ploratus pone: audirentur, mortuique aegros, aegri validos, cum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent 6).

Ibid. lin. 9. infra ante Paulet immitte: Similiter de morbo, qui Gallos occupaverat (Lib. V. 48.): "quum aestu et angore vexati, vulgatis velut in pecua morbis, morerentur."

Pag. 97. lin. 4. infra post voc. pestes adde: Vicq d'Azyr (expose des moyens contre les maladies pestilentielles des bêtes a cornes. Paris. 1756. p. 123) ait: La maladie, l'epizootie en Normandie 1775 ne s'est pas bornée aux bêtes a cornes; les chiens ont été les premiers attaqués comme dans l'épizootie décrite par Silius: Vim primi sensere canes.

---

*) Ex Ponto. lib. III. ad Cottam. ep. 2. V. 13. et 14.

**) Remed. amor. v. 613. sqq.

Pag. 98. lin. 11. lege: Princeps omnium Columella cavendum ait 10), ne ad praesepia sus aut gallina perrepat. Nam hoc, quod decidit, immistum pabulo, bubus affert necem: et id praecipue, quod egerit sus aegra, pestilentiam facere valet; quae cum in gregem incidit, confestim mutandus est caeli status, et in plures partes distributo pecore longinquae regiones petendae sunt, atque ita segregandi.

Ibid. lin. 5. infra post ed. Bip. adde: "Quod egerit sus" sunt ejus excrementa.

Pag. 99. lin. 10. et pag. 100. lin. 1. 2. 3. post bene observavit dele et pone: Si, ait 5), porcinum stercus bos devoraverit, statim pestilentiam contagionis solius mallei 6) sustinet morbi. Qui cum semel in gregem vel armentorum vel domitorum incesserit jumentorum, statim omnia animalia, quae levem suspicionem habuerunt, de possessione

5) Lib. III. c. 2. 15.

6) P. Camper (Oeuvres Paris. 1803. T. III. p. 79) ait: Vegece, qui décrit la maladie de la même manière que Columelle lui donne les noms de cruditas et de malleus: Expedit [inter alia remedia] salem pabulis misceri. Idem (l. l. p. 77. de Veteribus): "Leur superstition et leur idolatrie mettoient d'ailleurs de grands obstacles a la decouverte des causes et des accidens de cette maladie, . . . la description d'une maladie contagieuse, quelle Columelle appelle cruditas, différoit guère, par les symptomes, de l'épizootie actuelle.

tollenda sunt, et distribuenda illis locis, ubi nullum pecus pascitur; ut nec sibi invicem, nec aliis noceant. Nam pascendo herbas

Pag. 101. lin. 8. post. voc. offensae adde: Similiter de malleo execrabili *): "Tanta vis ipsius morbi est, ut nihil expediat omitti; nam gregum in pascuis funestus interitus, animalium quoque in stabulis mortes innumerae ex ipsius contagione proveniunt, et ab imperitis vel negligentibus curam aut divinae iracundiae imputantur aut fato. Ab uno animali incipit ipsa pernicies, et festinanter ad caeterorum transit exitium. Propterea semper sunt separanda, in quibus suspicio tantae pestis coeperit apparere, usque eo, ut etiam corpora mortuorum animalium, quae ab illo morbo interemta fuerint, exportanda sint ad ea loca, per quae aliorum animalium transitus non sit, et profunde obruenda sub terris.

Pag. 102. lin. 6 ad 17. deleatur; sic. lin. 6 ad ultimam infra et ponatur: Videtur hic philosophus non exiguam de natura contagii notitiam habuisse, cum ait 10): "Quid est quare isti me complorent? quid est quod trepident, quod contagium quoque mei ti-

---

*) Lib. 1. cap. 16.

10) Ep. 13.

1) de ira. lib. I. cap 15.

meant, quasi transilire calamitas possit"? et alio loco 1): "morbidis pecoribus, ne gregem polluant, ferrum demittimus ... non ira, sed ratio est, a sanis inutilia secernere." Item 2): "Sumuntur a conversantibus mores; et ut quaedam in contactos corporis vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit."

Pag. 105. lin. 5. post Bernard T. 1. adde: Moehsen, (Beschreib. e. Berl. Medaillen Samml. I. 324. 1773. 4) qui plura de eo congessit, ait: "sie hatte als eine ansteckende Seuche sich ausserordentlich geschwinde verbreitet.

Ibid. lin. ultim. adde: Dispuere ob metum contagis, inspuere ob salivae remedium cf: G. W. Wedel, de morbo insputato (in ejus exercitt. med. phil. Jenae. 1701. 4. Dec. 4. p. 38. J. R. Camerarius (Memorab. med. Cent. XVI. 12). "Veteres existimarunt epilepsiam esse contagiosam."

Pag. 106. lin. 10. post voc. virentium adde: Semen Plinio (IX. 50. 74) audit "vitale virus."

Pag. 108. lin. 13. pro humanitatis lege: humanitas

Ibid. lin 10. infra ante voc. Jam vides immitte: Non multum ab hac sententia abhorret edictum

---

2). de ira. lib. III. cap. 5. et 8. ubi et hic locus occurrit: "Nos multa alligant, multa debilitant: diu in istis vitiis jacuimus, elui difficile est. Non enim inquinati sumus, sed infecti." In quaest. Nat. Lib. VI. cap. 27 ait: "solere post magnos terrarum motus pestilentiam fieri," et addit: "nec id mirum est, multa enim mortifera in alto latent."

Archigenis in eodem morbo (apud Aetium, Tetrab IV, III. 120. p. 811): "Quemadmodum igitur perfecte a malo ejusque diuturnitate victis frustra manum admovemus, ita et abstinere ab his, qui jam affectione corripi et tentari videntur, plane desperantium hominum est et malignorum. Humanum enim et plenum benevolentiae signum est, in extremis etiam malis usque ad experimentum, procedere ad difficultatem affectionis compescendam.

Pag. 110. lin. 5. collocetur ante Justinianum:

Magnus Ausonius.

(vixit saec. quarto)

Insigne est apud hunc poetam vestigium, quo, quamvis in comparationis auxilium, clarissime tamen valens tunc de scabiei periculo opinio indigitatur. "Hunc locum de ternario numero, ait *), illico nostra illa poetica scabies coepit exsculpere: cujus morbi quoniam facile contagium est, utinam ad te quoque commigret." Et pari ratione alio loco **) similitudine contagiosarum adfectionum utitur:

Sic pars aegra hominis trahit ad contagia sanum
corpus, et exigui quamvis discrimine membri,
tota per innumeros artus compago vacillat.

*) Edyllia. 335. p. 335. ed. Souchay. Parisiis. 1730. 4.
**) Epistolae. XXIV. 417. v. 28 - 30. p. 510.

Pag. 112. ante Arabes ponatur:

Bonifacius.

(occisus 754. p. C. n.)

Hic celebris vir, a Gregorio quondam ad praedicandum verbum fidei Germanicis gentibus missus, inter alia episcopum Zachariam litteris adiit: quid faciendum sit de hominibus sive equis, qui regio morbo *) vexentur. Hoc responsum accepit **): "Si homines ex nativitate, aut genere istius morbi sunt, hi extra civitatem conversari debebunt; eleemosynam vero accipiendam a populo non vetari. Si autem contigerit magnum vel parvum, non nativitate, sed superveniente aegritudine vexari: non est projiciendus, sed si possibile est, curandus: attamen in Ecclesia, dum ad communionem venerit, post omnium suppletionem erit ingressurus ad participandum munus. Equi vero, qui praefato morbo fuerint coinquinati, si curari non valuerint, in puteis et foveis projiciendi sunt: ne ejusdem contagione caeteri coinquinentur. De animalibus autem, quae a furentibus, id est rabidis lupis, et canibus fuerint lacerata, oportet ea a caeteris separari, ne furentes et morden-

*) morbus regius Recentioribus icterus, Antiquioribus lepra (Dufresne).

**) Bonifacii epistolae ed. Serrarii. 4. ep. 142. (ann. 751)

tes caetera coinquinent. Quod si pauca sunt, ut supra diximus, in foveam projicienda sunt." Alio loco *): "Leprosis, si fideles Christiani fuerint, Dominici corporis et sanguinis participatio tribuatur: cum sanis autem convivia celebrare negentur. Adjecisti etiam, quod si pestifer morbus aut mortalitas in ecclesia vel monasteriis irrepserit, quos necdum tetigit, a loco fugiant evitantes periculum. Valde fatuum hoc judicatur. Non enim quisquam Dei effugere manus poterit.

Pag. 113. lin. ultim. adde: Ackermann (instit. med. p. 309) ait: Origines morbi ex peculiari inquinamento eos latebant, eum enim a nutritione foetus in utero ex sanguine menstruo vitiato deducebant. Etsi popularium morborum causas non ignorabant, miasmatum tamen morbos producentium nullam habuerunt cognitionem, Galeni systemati in morborum enarratione nimis stricte adhaerentes. — Refutationem veteris opinionis, variolas a sanguine funiculi umbilicalis non satis expresso derivandas esse, videsis apud Burserium (instit. med. vol. II. cap. 9. § CLX.

Pag. 116. lin. 10. ad voc. lepra adde hanc notam: Haereditatem leprae testatur etiam Khalaf Abul Kasem. Cf. Sprengel, Beiträge I. 1. p. 228.

Pag. 120. lin. 7. infra post plurimi adde: praesertim medici,

Pag. 121. lin. 13. post voc. causis adde: (quas

*) l. l. ep. 126. (ann. 726).

quidem, ubi nimis clare ante oculos positae erant, non prorsus praetervidebant)

Ibid. lin. 15. ante Hoc pone:

Nec poterant quibus id fieret cognoscere causis.
Ergo perfugium sibi habebant omnia divis tradere *).

Ibid. lin. 4. infra post voc. pestilentia adde: Muscarum multitudine pestilentiam afferente (Plinius Lib. X. c. 28. 40. 1.).

Pag. 122. lin. penultim. post 24),: et sic alibi quoque in S. S.

Pag. 123. lin. 20. lege: αἰτιώμενος.

Ibid. lin. 10. lege: praesagiri. Manilius canit (Astronomicon. Lib. I.

Pag. 124. lin. 1. post voc. Apollo adde: Juno,

Ibid. lin. ultim. adde: Guido de Cauliaco in descriptione mortis nigrae [1348] itidem hanc causam culpat (Chirurgia. Lugd. 1572. 8. p. 114. Tract. II. cap. 5. De mortalitate): "Fuit tantae contagiositatis, quod non solum morando, sed etiam inspiciendo unus recipiebat ab alio. Universalis agens causa fuit dispositio cujusdam conjunctionis majoris trium superiorum, Saturni, Jovis et Martis, quae praecesserat anno 1345.

Pag. 125. lin. 17. ante et pone: J. C. Johrenius, Apollo λοιμώδης. Jen. 1713. 4. (cf: Haller, bibl. pr. III. 336).

---

*) Lucret. Lib. V. 1191.

Ibid. lin. 16. post voc. interiisse adde: "Dira lues ira Junonis." Ovid. Met. VII. 524.

Pag. 127. lin. 7. lege: religiosis.

Ibid. lin. 13. lege: πάντως. Lactantius (instit.

Pag. 130. lin. 6. post voc. θάνατον. adde: Philo (Vol. I. p. 263. 25) αέρος κακωθέντος, τά λοιμικά ξυνίστασθαι παθήματα φιλεῖ.

Pag. 131. pro voc. Zamolxin lege: Toxarin.

Ibid. lin. 11. post 106. adde: Vini et myrrhae auxiliandi vim laudant: Plinius (H. N. XXIII. 1. 26. et XXIV. 16. 97) et Dioscorides (IV. 116.)

Pag. 133. lin. 7. dele: 1) apud sanos.

Pag. 134. lin. 2. lege: custodiebant 1);

Ibid. lin. 5. lege: praecautum est 2).

Ibid. lin. 8. lege: imposuerunt 3).

Ibid. lin. 10. ad voc. quadragenam *) adde hanc notam:

Ibid. lin. 9. adde: Linturius in App. ad Rolwinkii fasciculum temporum (in Pistorii scriptt. rer. germ. T. II. p. 596), hunc morbum primum anno 1496 apparuisse narrans, ait: "Et viri et mulieres in pudendis maxime inde passi sunt, et, e civitatibus et plebe, ut leprosi ejecti, soli morientes et gementes."

---

*) On the forty days as the expiatory period: Mitchill (in Medical Reposit. New Y. 1802. Vol. 5. p. 244.)

Pag. 135. tanquam sententiam ante initium pone:

Ὅπου γὰρ ὁμολογεῖται τὸ πρᾶγμα, σκαῖον ἐστὶ περὶ τῶν ὀνομάτων ἐρίζειν

Galen, Comment, in Hipp. Prognost. III, 18. T. VIII. p. 674. ed. Chart.

Pag. 136. lin. 15. ante voc. Isidorus immitte; tactu pestilens. Plinius, II. 47. 72.

Pag. 137. lin. 10. adde: sudor tabem contactis corporibus affert. Plinius. VII. 2. 2.

Ibid. lin. 21. post Haverc. adde: Plato, de legib. l. X. p. 906. Φαμὲν εἶναι ἐν ὥραις ἐτῶν καὶ ἐνιαυτῶν λοιμόν.

Ibid. lin. 23. post voc. Νοῦσος adde: λοιμική,

Ibid. post lin. 24. pone: Φθόρος, Φθοροποιὸν πάθος, Nicephorus.

Pag. 138. lin. 6. post voc. Avicenna ponatur; Galenus.

Ibid. lin. 11. post. voc. Aurelianus adde: Podagra hereditaria. Avicenna.

Ibid. lin. 20. post voc. Avicenna adde: epidemica; Paulus Aegineta. Lib. III. c. 43.

Ibid. lin. 10. infra post sentiunt adde: Apud Neo-Graecos hic vermiculus audit λύσσαις.

Pag. 140. lin. 2. ante voc. Hoc immitte: Mentagra laborantibus Norimbergae domus erigebatur extra moenia, ut canit Bilibaldus Pirckheimer (Xenodochium ad divum Sebastianum c. 21 p. 160.);

Praeterea quos mentagrae serpentis adurens
corrupuit scabies, illo curantur, et illo
accipiunt alimenta loco, dum corpora morbus
deserat, et membris decedat noxius humor,

Ibid. lin. 10. post Malfatti pone: (in Hufeland, Journ. 1801. B. 12. St. 3. p. 121. et Reil,

Ibid. lin. 2. infra post similem adde:

(Webster, History of epidemic and pestilential diseases. London. 1800. Vol. I. p. 54.)

Pag. 141. lin. 10. adde: Vocabulum λοιμός pro variis gravioribus morbis usurpari satis intelligitur ex Πελαγωνίου πρὸς λοιμόν Κεφαλ. δ. (in: Τῶν Ἱππιατρικῶν βιβλία δύω. Basiliae. 1537. 4. p. 25), ubi etiam remedia πρὸς λοιμὸν ἀρθριτικόν laudantur.

Ibid. linea 12ma deleatur.

Pag. 142. lin. post 25 adde: Contagium morbidae putredinis. Cyprianus.

Ibid. lin. 5. infra adde, Virus fundit in morsus. Plinius, XI. 37. 62.

Pag. 143. lin. 16. post Afferre pone: pestilentiam. Plinius.

Ibid. lin 18. post Coinquinare pone: Bonifacius.

Pag. 144. post lineam 8. adde: Depellere. pestem. Julii Sperati laus Philomelae. v. 7. in collect. Poet. lat. ed. Wernsdorf. VI. 2. p. 404.

Ibid. lin. 16. post. (Dusfresne). insere: aëris spiritus paludum gravi nebula inficitur. Justinus, Hist. L. XLIV. 1. 10.

Ibid. post. lineam 19. insere: Invitare ad rabiem. Plinius. XI. 37. 65.

Ibid. post lineam 7. insere: Purgare regnum. Tacitus.

Ibid. post lineam 6. insere: Repellere. pestem. Columella, de cultu hort. vs. 357.

Ibid. post lineam 4. insere: Serpere. lues. Severus Sanctus. Virgilius.

Pag. 145. lin. 1. adde: Ausonius, Ovidius.

Ibid. post lineam 11. insere: Ἀναλαμβάνειν. Plutarchus.

Ibid. post lineam 10. insere: καταβόσκεσθαι. Callimachus, Hymn. in Cererem, vs. 122.

Ibid. lin. 6. adde: Joh. Damascenus, Pseudo-Clemens.

Ibid. lin. 3 adde: Joh. Damascenus.

Pag. 146. post. lineam 8. insere: Παραδέχεσθαι. Plutarchus.

Ibid. post lineam 11. insere; Προσβάλλειν. Philo.

Προσβολή. Philo.

Ibid. post lineam 4. infra insere: Προσφέρειν. Pseudo-Clemens.

Ρεῖν. λοιμὸς ῥεῖ. Hippocratis Epist.

Συνανάχρωσις. Plutarchus.

In der Verlagshandlung dieser Schrift sind von demselben Verfasser erschienen:

C. F. H. Marx, Diatribe anatomico-physiologica de Structura atque vita Venarum a Medicorum Ordine Heidelbergensi 22. Nov. 1817. praemio proposito ornata. Cum figuris aeri incisis, coloratis. 1819. 8.

— — — — Origines Contagii. 1824. 8.

— — — — De Euthanasia medica prolusio academica. 1826. 4.
